

GENTILES quoque, Iudaeos, Turcos, tametsi in Christum minime credant, modo pie uiuant, Nachricht von der Neuen Secte der Schefferianer und Zinzendorffianer, 1729. Nachricht. II. Cautius quoque haud dubie solidiusque ea poni potuissent, quae AVCTOR Labadismi, Pietismi fonte, p. 37. merito attendit, quod scilicet Deus Gentilibus, hodie uiuentibus, fidem et Euangelium, Maioribus eorum patefactum, quod retinere debuissent, neglectum uero et amissum, NON IMPVTET; tametsi BECKERVS. Prof. Moral. Rostoch, in der abgenoethigten Vertheidigung, 1734 uarie limitans, sua haec excusare uelit, iterato asseuerans, et a Pietismo, quem pestem uocat, p. 4. 31. et ab hac opione, se esse alienum, Gentiles, sine fide in Christum, fore aliquando saluos, l. c. p. 13 seq.

X. In uocatione hac indirecta, instinctus illi naturales dominantur maxime, notitia illa naturalis, modo non adeo supprimeretur a τοῦ ἐξω, ut, uel sic, se maxime efficerent aliquando ἀναπολογητός. Naturalem isthanc notitiam ab iniuriis Scholasticorum, Calvinianorum, Pontificiorum, Arminianorum, Socinianorum, Photinianorum aliorumque, masculae strenueque uindictarunt atque defenderunt QVENSTEDIVS, in Syst. P. I. C. VI. p. 255. seqq. SEB. SCHMIDIVS, in Exercit. Theol. p. 113. GERHARDVS, in Exegesi, p. 665. HVTTERVS, in LL. p. 383 388. VOSSIUS, in Hist. Pelag. p. 363. SCHERZERS, in Colleg. Anti-Soc. p. 31. GRAPIVS, in Theol. recens controu. P. I. p. 26. seqq. Dupliciter autem haec notitia naturalis consideranda occurrit, ut ea hinc ἐμφύτος, siue natura impressa, insita et implantata; hinc uero, ἐπίκτητος, seu acquisita, in uastissimi huius uniuersi contemplatione, dicatur. Ἐμφύτος θεογνωσία est, a primo hominis halitu, habitus innatus, nulla interueniente specie quadam intelligibili et discursu, seu obiecto, in sensus incurrente, cognoscendi ens quoddam summum. Hanc definitionem ARNOBIUS, contra Gentes, L. I. p. 18. sequenti adprobat assertionem: Quisnam est hominum, qui non, cum istius Principis notione, diem primae natiuitatis intrauerit? cui non sit ingenitum, non affixum, ipsi pene in Genitalibus matris non impressum, non insitum, esse Regem ac Dominum, cunctorum, quaecunque sunt, moderatorem? Sic Balduinum quoque notitiam naturalem insitam inscriptionem in prima creatione factam, dixisse, perhibet SCHMIDIVS, in Comment. ad

Αναπολό-
γητος male
notitiam,
naturalis
tractat,

επικτητος
ἐμφύτος,